AUGUSTINUS. ISIDORUS HISPALENSIS
Göttweig (?), 12. Jh.
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36527
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

accipere occidebar. Spiritale quoque plerisque illorum li
bros expositis locis. iam reprehendebam desperationem
meam. illam dumtaxat qua credideram legem apphas de
testantibus atque irridentibus resistere omnino non posse
nec tamen iam idem in catholicam uiam tenendam esse sentie
bam. quia ipsa poterat habere doctos assertores
suos quicopiose an absurde obiecta refellerent. nec
idem iam dampnandum illud quod tenebam quia defensio
nis partes equabant. Ita enim catholica nimium uicta
uidebatur ut nondum aliam uictrix appareret. Tum vero
fortium intendi animum. si quomodo posset certis aliquibus
documentis manicheos euincere falsitatis. Quod si
posset spiritale substantiam cogitare. stati machina
menta illa omnia soluerentur abiicerentur exanimo
meo. sin poteram. Heruntam de ipso mundi huius
corpore omniquoque natura quam sensus carnis attinge
ret multo probabiliora plerosque sensisse philoso
phos magis magisque considerans atque comparans
iudicabam. itaque academicorum more sic existimaui
dubitans de omnibus atque inter omnia fluctuans ma
nicheos quidem relinquendos esse decreui. non
arbitrans eo ipso tempore dubitationis meae
nulla secta mihi permanendum esse. cui iam non nullos
phylosophos preponebam. Iubebam tamen phylosophi
quod sine nomine salutari xpi esset. curationem
languoris animae meae committere omnino recu
sabam. Statui quoque tamdiu esse catherumenum in
catholica ecclesia mihi a parentibus commendatam
donec aliquid certi elucesceret quocursum dirigerem